



Krimmland

U. q. 97.

1P

COLLEGII FEVDALIS

DISPVATATIO VII.

DE SVCCESIONE DE-  
SCENDENTIUM PRIMOGENIO-  
rum, & Secundogenitorum in  
Feudis,

Quam,

D. O. M. A.

SVB PRÆSIDIO AMPLISSI-  
MI ET CONSULTISS. VIRI, Dn. THOMÆ FRAN-  
ZII, I.C. & feudalis juris in illustri Academiâ  
VVitebergensi Professoris publici,  
tueri conabitur

PETRUS RITTER,  
Gorl. Lusat.

XVI. Kl. Octobr. hora & loco suetis.

WITEBERGÆ,  
Typis M. Georgij Mulleri,  
Anno M. D. XCVI.

VIRO AMPLISSIMO;

à

Doctrinā omnigenā insigne,

Virtute excellenti,

Auctoritate, & rerum usū politico,  
laudatissimo,

DN. EBERARTO à WEIHE,  
I. C. ILLVSTRISSIMI ET POTENTIS-  
simi Principis, Dn. Dn. MAURITII, Landgra-  
vij Hassiae &c. Consiliario  
dignissimo,

Præceptor quondam meritissimo,

Fautor colendissimo,

Hoc otij literarij monumentum,

Debita observantia documentum,

E Lycao S. Themidos,

D. D. D.

Respondens.

DISPUTATIO VII.  
DE SVCCESIONE PRI-  
MOGENIORUM IN  
Feudis.

Continuatio.

**H**actenus modos, quibus feudum adquiritur, vidimus: Nunc, qualiter adquisitū conservetur, debet explicari. Conservatio autē feudi nihil est aliud, quam existentia ejus continua-  
tio: (a) qua duplex est, Pacifica & litigiosa:  
Pacificā fit per successionem: Litigiosa per sen-  
tentiam. Itaq; & successione feudum adquiri  
dicitur. (b)

(a) Scal. Ex. 31. ex. 250. (b) c. un. in fi. de feud. cognit. c. un. in  
pr. de consuet. recti feud. c. un. in pr. de success. fratr. c. un. de  
success. feud. Borcholt. de feud. c. 7. par. 2. n. 1. Vult. c. 9.  
num. 23.

T H E S I S I.

**S**t autem successio adquisitio juris defun-  
cti.

**H**æc definitio constat ex materiâ & formâ:  
Ergo bona. Adquisitio materia est, quia ge-  
nus: quod ab auctoritate & ex ratione pba-  
tur. Ita enim & Impp. nostri passim respōdent & rescri-  
bunt, hæreditatem adquiri, ut l. i. l. qui in alienâ s. § inter-  
dum. s. l. pupillus. 9. l. nec is. 17. in pr. l. is potest. 18. l. si  
quis 21. s. sed ita 2. l. si quis 25. in pr. l. cum quidam 30. s. sed

¶ 2

et si

¶ si ipsa s. s. scientia 7. l. sed ¶ si 34. in pr. & s. sed et si 1. li.  
hæres 43. l. qui seruum 47. l. furiosus 63. l. placet. 79. l. si so-  
lus 80. s. 1. s. item 2. ¶ s. fin. l. totiens 81. l. uentre. 84. l.  
per curatorem 90. in pr. & s. t. l. filius fam. 92. & passim ff.  
de adquir. vel omit. hæred. s. fin. Inst. de hæred. qual. & diff.  
s. item vobis 3. Inst. per quis pers. cuiq; adquir. l. potuit. 5. l.  
si infanti 18. s. parente 2. l. cum aliquis 21. C. de jur. delib. &  
de adeundâ uel adquir. hæred. & passim. Quare & successio  
adquiritur. Adquisito enim toto, adquiruntur omnes ej-  
uis partes. Formam successioni dat ius defuncti: & per  
hoc est, quod est, & ab alijs acquisitionis speciebus di-  
stinguitur: cumq; hoc est unum & converti semper po-  
test, ut ubi sit successio, sit quoq; ibidem ius defuncti,  
& contra, vbi hoc est, ibi & illam esse necessum est. l. nihil  
est aliud 24. de U. S. l. hæreditas 62. l. is qui 46. l. hæredem  
59. l. in pari. 128. l. invitus 156. s. cum quis l. qui in jus. 77.  
in pr. l. qui per. 194. ff. de R. l. vbi Dd. Et consentit, post Vul-  
teium, lib. 1. I. R. c. 74. D. Treutler, uol. 2. disp. 16. th. 1.  
lit. d.

Dissentient primò, qui genus successionis subrogationem  
statuunt, ut volunt Bologn. in rubr. C. qui admit, ad bon. poss.  
poss. n. 15. D. Valent. Forster de success. ab intest. par. 1. tit. quid  
sit successio. Petrus Gregor. Tholosanus in syntagm. lib. 41.  
c. 1. n. 4. in fin.

ii. Qui successionem definiunt obligationem, ex con-  
tractu descendenter, ut vult Cujac. in par. C. de ser. fugit.  
in pr.

iii. Qui dicunt, esse q. contractum, ut idem Cujat, vult, in  
parat. ff. qui test. fac poss. & in par. C. d. t. Arnold. ab Haersolt  
par. 5. u. t. 1. per s. hæress. Inst. de oblig. quæ q. ex contratto  
nascent.

iv. Qui beneficium esse genus volunt, Dec. & Hipp. Ri-  
minal. in l. qui se patris. n. 143. C. qui admitti. per d. L. qui se  
patris, ibi: ad hujus modi beneficium: l. fin. de success. edicto,  
ibi: inferioris gradus cognatus beneficium editi successorij non  
babuit.

v. Qui concessionem statuunt, Althus. lib 1. juris pr. c.  
17. Vult. lib. 1. I. R. c. 72. & lib. 1. de feud. c. 9. n. 23.

VI. Qui substitutionem, Hopper, in seduardis, lib. 10.  
tit. 19.

Defunctus.

Defunctus a. aut est dominus, aut vasallus: Unde & successio duplex, Domini & vasalli: Et hæc rursum vel extraordinaria, sive exorbitans, vel legitima, sive ordinaria. Illa non ex lege, sed ex gratia Domini fluit, & caducaria vocatur successio, Iure Saxonico, das gedinge/Item, die anwartung/ quando videlicet Dominus alicui feudum hoc pacto concedit, ut, si possessor feudi sine liberis decedat, ad ipsū devoluatur.

e. un. qui success. feud. dar. teneant. ubi videatur, post Dd. Dn. D. Th. Franz. c. un. § moribus. 4. ubi Isernia, & Schenck Baro. si de feudo defuncti cont. sit. c. un. vers. ubi verd de alterius. de cler. qui in velt. fec. c. un. § fin. de feud. dat. in vic. leg. commiss. Echenrecht / c. 5. & 57. Jacobin: de S. Georg. in verbo investiti, n. 12. & 13. Clarus in § feudum q. 14. Zas. de feud. par. 6. n. 19. & seqq. Mozzius in tr. de feud. tit. de substantial. n. 55. Hartm. Pistoris lib. 2. q. 25. cum seq. Rosenthal in Synopsi feudali, c. 4. axiom. 12. c. 6. axiom. 17. Hostom. de feud. d. sp. c. 16. & 36. & consil. 5. Gail. lib. 2. obs. 115. Vult. lib. 1. feud. c. 7. n. 48. latè D. Th. Franzius ad § & quia vidimus. de his, qui feud. dar. poss. ubi hanc conclusionem ampliat & limitat. Dissentire videtur jus civile, in l. donari. 29. § ult. ff. de donar. l. 2. in fi. de his, quæ ut indignis. l. ita tamen 27. § à patre 4. vers. deinde ad S C. Trebell. l. 1. §. si impubere. 17 de collat. honor. l. fin. C. de pætis, cum similibus: Dd. paulò ante allegati: quibus adde VVesenb. in æconom. C. ad tit. de petit. honor. sublat. & gl: in cap. 2. verb: consentiente. de feud. dat: in vic. l. commiss. & jus Canonicum, in c. nulla 2. ex. de concess. præbendæ. Sed alij mores traxerunt leges civiles in suam potestatem, quemadmodum dicitur in d. c. 1. § moribus. si de feud. def. cont. sit.

## ZÄTHU. I.

An consensus vasalli viventis requiratur eo in momento, quo Dominus investituram facit, queritur? Et negativam veriorem arbitramur, modò nullum ei detrimentum inde contingat.

c. 2. de feud. dato in via. leg. commiss. ubi Cujac. Hotom. &  
Dd. communiter. c. un. in si. qui success. teneant. c. moribus in  
fin. si de feud. def. cont. sit. Echenrecht/ artic. 10. Pistor. par.  
2. q. 250 n. II.

ZÄTAKMÄ . II.

An, sede vacante, investitura, à prælato defuncto facta, ita  
possit per ratihabitionem capituli confirmari, ut successor co-  
gatur eam adimplere, varijs rationibus & argumentis confli-  
ctantur inter se Dd. Nos, rationibus diligentius pensiculatis,  
affirmantium subscribimus sententiae.

c. ratihabitionem. 10. & ibi Peck. de R. I. in 6. l. si pupilli 6.  
Si item queritur. de negoc. gest. ubi Br. Alber. & Dd. Vide  
Dn. D. Th. Franziam ad tit. III. qui success. feud. dar. ten.  
Eπομερ. 3. q. 2. ubi in utramq; partem elegantissime & nervo-  
sissime hanc q. disputat, & ad contraria respondet.

III.

Legitima est, quæ ex lege fit: estquè duplex, u-  
niversalis, vel singularis. Universalis vel ex testa-  
mento est, vel ab intestato. (a) Quæ ex testamento  
fit, in feudis locum nullum habet. (b)

(a) c. un. in pr. de success. fratr. c. un. in pr. de success. feud.  
c. un. in pr. de consuet. recti feudal. c. un. in si. de feud. cognito.  
Facit. l. 1.l. veluti 3. de petit. hered. s. ult. vers. Ac prius. Inst.  
per quas person. nob. adquir. Bl. in l. cum antiquioribus. n. 7.  
C. de jur. delib. Lofred. conf. 38. n. 10. VVesenb. conf. 17. n. 18.  
Yasq. de success. creat. in prefat. n. 11. De legitimâ successione  
dissentit Alciat. lib. 4. parad. c. 7. & ad l. 130. ff de V. S. quem  
eleganter refutat Gaddæus in d. l. 130. de V. S. (b) c. un. in pr.  
et ibi Dd. de success. feudi, juncto c. 1. s. donare, qual. olim. pot.  
feud. alien. c. 1. in pr. vers. bortatu. de prohib. feud. alien. per  
Lothar. c. 1. ibi, quocunq; modo alienare. de prohib. feud. alien.  
per Frider. Alex. conf. 30. & consil. 128. vol. I Decius conf.  
468. n. 31. Socin. conf. 19. vol. I. Borcholt. c. 7. n. 3. Zas. de  
feud. par. 8. n. 60. & seqq. Clarus s. feudum. q. 40. n. 1. &  
ibi additio sub lit. A. Mozz. de nat. feud. n. 78. Jacobin. de  
S. Georg. verb. & cum pacto, quod de ipso. n. 2. 13. & 14.

Curt. 4.



Curt. 4. par. n. 131. Gaillib. 2. obf. 116. n. 9. Montan. lib. 3.  
feud. c. 2. f. 61. a. Excipiuntur sus quidam, quos com-  
portarunt Borcholt d. c. 7. n. 4. 5. 6. par. 2. Clarus d. q. 40. &  
q. 41. n. 2. vers. sed in feudo novo. Decianus respons. 23. n. 27.  
vol. 1. Hotom. in d. c. vn. verb. ordinatione defuncti. de successo  
feud. Harm. Pistor. lib. 2. qq. jur. par. 1. q. 4. n. 23. 45. & 63.  
Mozz. d. loco, n. 82. & seq. & de amiss. feud. n. 145. Schrad.  
par. 7. c. 2. Vult lib. 1. c. 9. n. 69. cum seqq. Thoming. decis. 2.  
n. 21. Pinel. in l. 1. par. 3. n. 68. C. de bon. mat. Curt. par.  
4. n. 141. Dissentiant alij aliter, quos referunt Curt. d. par. 4.  
n. 130. vers. ex prædictâ, & n. 131. Hartm. Pistor. d. lib. 2.  
par. 1. q. 4. n. 6. Hotom: disp. feud. c. 18. qui dicit, nullam causam  
esse, cur in feudis testamentum locum non habeat.

#### I V.

Successio ab intestato licet antiquissimo tem-  
pore in feudis nulla fuerit: (a) tamen jure novo & no-  
vissimo est frequentissima, & sola, quæ de veteri  
feudo agat. (b.)

(a.) c. vn. § & quia vidimus, & hoc autem notandum, vbi,  
post Dd. D. Th. Franz. de his, qui feud. dar. poss. Zaf. par. 8.  
n. 1. VVes. c. 6. n. 6. Pistoris d. q. 4. n. 52. & q. 19. in. pr.  
Vult. lib. 1. c. 9. n. 23. (b.) c. vn. in pr. de success. fratr.

#### V.

Iure quidem ciuili tres succendentium ordines  
considerantur, descendantium, liberorum: adscen-  
dentium, parentum: & eorum, qui sunt ex latere,  
cognatorum vel agnatorū: (a) sed duo tantum, de-  
scendantium nempe, & collateralium, in successio-  
ne feudal i veniunt considerandi. (b.)

(a.) in pr. Inst. de gradib. cognation. l. 1. in pr. de gradibus &  
adfinibus. Nou. 118. in pr. Nou. 127. c. 1. Borcholt de gradib.  
p. 177. 251. & 260. Dissentiant Dd. communiter, qui quinq.  
ordinis constituant. (b.) c. vn. in pr. de nat. success. feud. Duar.  
c. II. num. 10. Pistor. d. q. 19. num: 5. Curt. par. 3.  
membr. 2. num. 42. Hattyser c. 7. §. tertio adquiritur num.  
2. Cujac in c. vn. pag. 24. de his, qui feud. dar. poss.

&



¶ c. vn de feud. siue eor consuet. Mediolan. p. 112. Excipiuntur quidam casus, in quibus parentes filii in feudis succedunt, de quibus, ultra prædictos, videri possunt Iacob. de Ardizone, in sum: feu: c. 137. s ascendentes. Iacobin. de S. Georg. in verb. ¶ unus ex dictis vasallis, n. 10. Myns. cent. 3. obs. 93. Præpos. in c. 1. de uasallo decrep. atatis. VVes. c. 6. n. 8. Zas. par. 8. n. 2. Aluar, in c. vn. n. 7. ubi quoq; Iernia & Afflict. n. 2. de nat. success. feu. Borcholt d. c. 7. n. 9. ¶ n. 85. Cephalus consil. 641. n. 93. lib. 5. Montan. lib. 3. Feud. c. 2. p. 69. ¶ seq.

#### V I.

Videamus itaque jam de primo ordine, nempe descendantium. Nam, mortuo vasallo, prima causa est liberorum, naturalium & legitimorum simul(a) Liberi autem sunt vel masculini sexus, & propriæ filij dicuntur, vel fœminini, (b)& pari sermonis proprietate appellantur filiæ. Filij verò sunt vel primi, vel secundo geniti. (c.)

(a.) c. 4. ad Gal. v. 7. iuth. in successione. C. de suis & legitimis intestatorum. 1. Inst. de hæred. quæ ab intest. defer. s preferuntur. 3 Inst. de S. C. Tertyll. Montan. lib. 3. feud. c. 5. p. 63. (b). D. Treutler in vol. 1. disp. 2. th. 1. lit. C.

(c.) Anchoran. consil. 82.

#### VII.

Primo geniti primum caput efficiunt in linea descendantium, secundò geniti secundum.

Alciat. lib. 7. parer. c. 15. in fi. Castr. cons. 164. n. 4. 5. vol. 2. Couarr. lib. 1. qq. præf. c. 38. q. 12. Molina de primig. Hispan. lib. 3. c. 6. n. 36. Præpos. in c. 1. n. 10 in fi. de feud. March.

#### VIII.

Est autem primogenitus, vel, ut, post Vallam, rectius scribit Tiraquell. primigenius is, qui primus est natus. Tiraq. de primig. in præfat. n. 1. c. Ioseph. 5. in fi. ex. de V. S. ubi Panorm. Bl. in l. 2. C. de jur. emphyt. l. cum antiquioribus. C. de jur. delib. Hinc 1. conlectarium est, si ignoratur, vier ex geminis fratribus, aut etiā non geminis sit primogenitus, neutrū admittendum esse, quemadmodū hanc q. elegantiss.

elegantissimè in utramq; partem, post Tiraq. de primig. q.  
17. tractat D. Th. Franzius, in tr. suo de primigenijs. II.  
Consequitur, jus primigeniæ tantum maribus compete-  
re, fæminis verò neutquam. Bl. in l. in multis. De statu homi-  
& in l. omnes populi. ff. de just. & jur. D. Th. Franz. de pri-  
migenijs, etiōmēnq; c. ubi multos allegat.

#### IX.

Primogenitura ergò, sive primigenia, nihil aliud  
est, quam primogeniti successio.

Probatur hæc thesis à causis, quæ nō esse primigeniæ con-  
stituunt: in quibus materia primum obtinet locum, sive  
genus, quod heic est successio: forma sive primogenitus  
alterum. D. Franz. d. loco.

#### X.

Causa, impellens efficientia, ut hanc successio-  
nis speciem institueret, præter illas, quas cum reli-  
quis successionū speciebus cōmunes habet, est insi-  
gnis dilectio, sive amor erga primogenitum, qui im-  
pellit disponentes, ut, propter conservationem spe-  
ciei & nominis sui, hanc filio primogenio præroga-  
tivam præ reliquis largiantur.

Tiraq. in d. præfat. n. 42. & seqq. D. Th. Franzius d. træff.  
de primigenijs,

#### XI.

Primò autem & principaliter legem efficien-  
tem causam esse successionis primogeniti absq; du-  
bio est.

Tiraq. d. præfat. n. 2. cūm seqq: argumento l. in re mandatā.  
21. C. mand. Th. de Marin. tit. 13. n. 9. Bodin: lib: 6. de Rep.  
c. 5. pag. 1149. & seqq. D. Th. Franz. d. loco, qui probat  
confirmationem primigeniæ, post alios, ex jure naturali,  
gentium, civili, & Canonico.

#### XII.

Nec talis lex, statutum aut consuetudo irratio-  
nabilis est, sed propter bonum publicum, & in ho-  
norem

B

norem

norem & favorem imperij est introducta, ut princi-  
patus, & qui sub eo sunt, integri perseverent.

argumento l. ne in plures. 2. ff. de exercitoria aet. Tiraquell.

d. loco, n. 22. latè D. Th. Franz. d. loco, in subjecto agenie,

ΖΗΤΩΜΕΝΩ Ι.

### XIII.

Omnia præterea primigenia, quæ immediate à  
lege proveniunt, legalia dicuntur. Talia sunt illa  
jura primogenitorum, quæ ex lege veteri primigeni-  
tis Hebræorum competebant, item, quæ hodie ex  
aurea bullâ primogenitis Electorum, jure feudali  
novissimo primogenitis Ducum, Comitū, Marchio-  
num, & in regno Galliæ primogenitis regū compe-  
tunt, & similia.

c. 18. de successione electorum, Molinæus in consuet. Parisiens.  
tit. 1. de feud. § 8. gl. 3. Petrus Gregor. Tholos. in syntagm.  
lib. 45. c. 2. 6. 7. & seqq. c. un. § præterea ducatus, & ibi  
Dd. De prob. feud. al. per Frid. c. un. De success. feud. in f. c. un.  
De feud. March. D. D. Franzius d. loco.

### XIV.

Illa etiam, quæ ex consuetudine observantur,  
legalia censemur, cum consuetudo vim legis obti-  
neat.

l. de quibus 32. ff. de L. L. cum similib. Rochus Curt. in c. cum  
tanto, ex. de consuet. sect. 5. n. 5. Molina lib. 2. c. 2. num. 4.  
in f.

### XV.

Primigenia verò, quæ à testante, vel contrahen-  
te facta est, legalis dici non potest.

arg. l. 1. & l. jura non in singulas 8. ff. de ll. Molin. d. c. 2.  
n. 7. 8.

### XVI.

Hinc æquitati consentaneum putamus, pactum  
privati hominis, ut primogenitus succedat, alijs vel  
prosper exclusis, vel non æqualiter & ad legitimam  
usq; admissis, non valere: & ab omni successione  
non immerito, etiam ob defectum formæ, esse ex-  
cludendum.

Tiraq.



Tiraq. q. 6. n. 22. l. hæreditas. 5. C. de pœt. conv. & l. pa-  
Etum 15. C. de pœt. D. Th. Franz. d. loco. 3<sup>o</sup> T<sup>o</sup>μένω primo.

XVII.

Quemadmodum nec per ultimam voluntatem  
quis licet potest primogenitam constituere, nisi acce-  
dat expressus superioris consensus: sive per legem  
universalem, ut apud Hispanos fit, sive per particu-  
larem, hoc est, per privilegium id fiat.

Molin. lib. 2. c. 2. n: 22. Vasq: de success: creat: in præfat: lib:  
1 n: 24. & de success: resol: lib: 3. & in l. si quis in suo. n: 26.  
cum seq. C. de inoff: test: D. Th: Franz: d. loco, 3<sup>o</sup> T<sup>o</sup>μένω 2.  
in fine.

XVIII.

Familia quoq; privata, sive domus, aut proge-  
nies, omni imperio & jurisdictione destituta, per hoc  
singulare pactum, consuetudinem hoc modo suc-  
cessendi, inducere non potest.

Ang: in l. ult: C. de test: Tiraq: q. 16. n: 1. D. Franz. d. lece.

XIX.

Imò nec juri primogenituræ præscribi posse, cū  
Molinæo, arbitramur.

Molinæus d. tit: 1. de feud: § 8. gl: 3. q. 5. Molin: c. 6. num: 6.

Tiraq. de primogen. q. 31. n: 8. & seqq.

XX.

Lege ergo vel consuetudine permittente,

Primogenitum instituere possunt, qui testari &  
contrahere possunt. Primogenij namq; instituendi  
edictum prohibitorium est: Ideoq; omnes, qui non  
inveniuntur prohibiti, censentur admissi.

arg: l. si queramus. 4. ubi gl: Br: & Dd. ff. qui test: fac: poss:  
in pr. Inst: quib: non est permis: fac: test: Hinc mulieri &  
minori, si pubes sit, permisum est. Tiraq. in l. si unquam.  
verb: donatione largitus. n: 254. C. de revoc: donat: Prohi-  
benatur verò infans, pupillus, infantia proximus, prodi-  
gus, filius familias sine consensu patris, & alij, de quibus,  
post alios, vide D. Th. Franz. s<sup>o</sup>pè d. loco, coroll. 3.

B 2

De

XXI.

De quibus verò bonis testari non licet, de ijs nec primogenium constitui potest.

Licerier de primog. lib. 2. q. 7. n. 1. D. Franz. d. loco, coroll. 4.

XXII.

Vtrum ex bonis feudalibus, quæ pater pro se et filijs suis perpetuò accepit, possit primogenium institui, quæstionis est: Et videndum putamus, an hæredum simul fiat mentio, an non: illo casu potest, hoc verò minimè.

Molina lib. 2. c. 10. n. 71. Clarus s' feudum q. 41. et seq. D. Franz. d. loco, zkr̄smēvō 1. ad coroll 5.

XXIII.

Prospiciendum etiam est, ne primigenia instituentes vel eas conditiones apponant, quas vel injustas vel turpè esse constat, vel eas omittant, ex quarum omissione ipsa primigenij institutio corruat,

Molin. d. lib. 2. c. 12. 13. 14.

XXIV.

Recipiens ad se primogenium est ipse primigenitus, in cuius personâ primogenium est institutum: vbi generaliter observandum: omnem eum, qui ex testamento vel contraetu capere non potest, similiter primigenituræ incapacem esse.

Dd. ordinarijs in locis, vbi da hæredibus vel contrabentibus agunt. Hinc non admittuntur legitimatus, naturalis, spurius, infamis vel infamia juris, vel facti.

XXV.

Etsi autem hoc jus primigeniæ tam strictè est observandum, ut contra illud, aut de bonis, primigenio debitibus, disponere, nisi ex causâ, jure approbatâ, patri nullo modo permittatur: (a) tamen privatur feudi successione primogenitus, quando est scandalosus, turbatq; statum Christianitatis, item, propter crimen læsæ majestatis, perduellionis, hæreticos, & furorem naturalem (b)

(a)



(a) Vasq. de succēs. creat. lib. I. § 6. n. 17. & 18. Molinaus in  
consuet. Parisiens, tit. I. § 8. gl. 3. n. 7. 13. 24. & seqq.

b. Bl. in l. fin. n. 4. C. de LL. Molinaus d. § 8. gl. 3. n. 12. l.  
quisquis 5. C. ad l. Iul: majest. c. vergentis. 10. ex. de hære-  
ticiis. Molina d. c. 13. n. 31. & seqq. Borcholt c. 7. num: 63.

### ZΗΤΗΜΑ I.

Filio, ante adeptum à patre regnum nato, an  
postea natus præferatur, uetus, & satis ardua est quæ-  
stio? Nos πεωπονόμη & jure ætatis, & naturæ benc-  
ficio præferendum arbitramur.

Aur. bull. c. 7. de succēs. Elect. Duar. lib. 2. disp. c. 29. Hotom.  
qq. illustr. q. 2. Bodin. lib. 6. de Rep. c. 5. Tiraq. de primi-  
gen. q. 31. & alijs, quos latè refert D. Tb. Franz, in Theor.  
jur. contr. misc. theor. 5.

### I. ZΗΤΗΜΑ.

Filio primogenito mortuo, vtrum filius eius,  
an verò frater secundo genitus succedere debeant,  
non minoris controversiæ est? Nos filium, in jus sui  
patris, succedere concludimus.

c. 2. constitutiones feudales Domini Lotharij I. Imperatoris, etc.  
cum similibus. Bart. in auth. post fratres. C. de legitimis hære-  
dibus instituendis. Bald. in l. liberti, libertæq. C. de operis li-  
bertor. n. 18. Isernia & Afflict. in c. 1. de succēs. fratr. Tiraq.  
de jure primogen. q. 40. cum seq. Hotom. q. illustri 2.

*Et hactenus vidimus dejure & successio-  
ne primigeniorum: subsequitur, ut de secundo  
genitorum liberorum successione videamus.*

### XXVI.

Nascuntur autem liberi vel ex coitu licto, vel  
illicito. Illi naturales & legitimi simul vocantur, &  
succedunt parentibus hodiè in feudis (nisi per pa-  
ctum vel consuetudinem (A) aliud sit introductum,  
ut suprà diximus) omnes æqualiter, (B) in infinitum:

(C)

(C) nullâ habitâ ratione, an jam tûm nati sint, an ad-  
huc nascituri, quales sunt posthumi: (D) sive diversi,  
sive unius matrimonij sint: (E) omnique penitus ex-  
clusio patriæ potestatis & emancipationis discrimi-  
ne. (F)

(A) Affid. in c. un: § & quia vidimus, n: 7, de his, qui feud.  
dar. poss. argum. § sed naturalia, vers: Ea verò quæ: Inst: de  
jure N. G. & C. l. 1. § si convenit, vers: contractus. ff. depo-  
siti, cum similibus.

(B) d. c. un. § & quia vidimus, in fi. c. 1. in pr. de suc-  
cess. feud. c. un. § 1. de feud. March. c. un. in pr. de success.  
fratr. c. un. § satis bene, in fi. de prob. feud. alien. per Lo-  
thar. c. un: quemad. feud. ad filias pertin: c. 1, in pr. vers. in-  
ferius. de nat. success. feudi.

(C) c. un. § hoc quoque sciendum. 4. in fi. de his, qui feu-  
dar. poss. Borcholt. c. 7. membr. 2. n: 10, 11. Curtius par. 3.  
q. 2, n. 1. Duar. c. 9. n. 2. Iacobin. de S. Georgio, verb: præ-  
sentes, n. 5. Pistoris lib. 2. q. 19. n. 4. VVes. c. 6. n. 8. Zas.  
par. 8. n. 3. 4. Vult. lib. 1. I. R. c. 74. & de feud. lib. 1. c. 9.  
n. 99. ubi multos adducit. Ratio est, quia filiorum appella-  
tione omnes descendentes veniunt. gl. in c. 1. § & si cli-  
entulus: verb: revertitur feudum ad dominum, in fine, ubi Bl.  
Alberic. & Præpos. argum, illius text. de alien. feudi. Iacobin.  
d. verb: præsentes, n. 2. Alex. & Ias. in l. Gallus, in pr. de li-  
ber. & posth. Ias. in l. de quibus. 32. n. 19, de L. L. Curt. d. q.  
2. princip. n. 45. & multis seqq.

(D) argt. l. Paulus. 47. § Paulus, de bonis libertor. Bald.  
in l. si manumissus. 2, in fi. C. de libertis, & eor. liber. & in  
l. si in personam, 21. C. de fideicom: Aluar: c. 1. de eo, qui si-  
bi, vel hæred: suis. Curt: par. 3. memb. 2. princip. n. 4. II. &  
37. Ias. in l. quod dicitur. n. 47. de V. O. Bartol. in l. item. de  
suis & legitimis. Iacobin: in d. verb: præsentes. n. 14. Vult. d.  
c. 2 n: 98.

(E) Nov: 22. de nuptijs. § nec illud quoque 29. juncto c. nn.  
§ strenuus. de feud. cognit: Dd. in c. un: de filijs, natis ex ma-  
trim: ad morg: contract: Borcholt: d. c. 7, membro. 2. n. 47.

(F) l.



(F) *Vult: s. cùm igitur prætorem. C. de legitim: bared:*  
*Nov: 118, c. 1. vers: & sive suæ. arg: d. c. 1. in si. de feud: co-*  
*gnit: Aluar: in d. c. un: s. hoc quoq; n. 11. de his, qui feud: dar:*  
*poss: & in c. 1. s. adoptivus, si de feud. defunct: cont. sit. Bald:*  
*in auth: successione. C. de suis & legitim. & in c. 1. an agn. vel*  
*filij. Blanchus c. 1. lib: 3. n: 9. Boribolt. d. loco, n: 46. Curt: d.*  
*par: 3. membr: 2. n: 2. & seqq: Marinus tit: 3. n: 40. VVes. c.*  
*6. n: 9. Zas. par: 8. n: 4. Hartm. Pist: lib: 2. q. 13. n: 21. Diss.*  
*Sonsbeccius de feud: par: 9. n: 60. Schurerius de success: desc:*  
*reg: 1. spec. ampl. 7. vers. de jure quoq; feudorum.*

### XXVII.

Hi, utpote, filij naturales tantum, (a) vulgo quæ  
siti, (b) incestuosi, (c) ex damnato coitu nati, & simi-  
les, à successione feudi penitus removentur,

(a) c. un: s. naturales, ubi Frid. Schenck, & Dd. si de feud. de  
funct: cont. sit. Zas: par. 8. n: 72. & seqq: Alex: cons: 2. &  
97. vol: 2. Parisius consil: 14. n: 18. vol. 2. Blanchus in summi:  
tit: de success: feu: s. naturales verò filij. Clarus s. feudum, q.  
82. n: 1 Curt: d. membr: 2. q. 17 n: 40. Ferrar: Montan: lib:  
3 de feud. c. 2. p. 65. D. Forster: de success. ab intest: lib: 2.  
P 8: 155. Pist. d. lib: 2. q. 40. n: 1.

(b) arg: d. s. naturales. Ioan: Andr: in c. latorum, 7. &  
in c. per venerabilem, 13. ex. qui filij sint legit: Forster. d. lib: 2  
pag: 244. & pag: 247. Vult. lib. 1. I. R. c. 8. n. 44. & seq.

(c) Nov. 89. s. fin. ubi gl. in verb. participium. auth. ex  
complexu. C. de incest. nupt. auth. licet. C. de natur. liber. For-  
ster. d. lib. 2. pag. 261. & seq. Oldend. class. 2. act. 5. Schneid.  
ad tit. Inst. de success. quæ ab intest. defer. de success. incest.  
n. 2. Schurer. d. tr. de success. ab intest. c. 8. lim. 7.

### XXVIII.

Sed quid de ijs legitimatis sentiendum sit, quæ-  
stionis est: Et distinguendum putamus, inter legiti-  
mationem, per subsequens matrimonium, & per  
rescriptum principis factam. Illo casu succedunt, (A)  
quocunq; modo investitura concepta sit: (B) hoc re-  
quiritur, ut expressè ad feuda legitimatus sit, (C) &  
consensus eorum, quorum interest, acceperit. (D)

(A) arg.



(A.) arg. c.tanta est uis 6. & ibi Panorm. qui filij sint legit. §  
sui. 2. vers. quibus. Inst. de success. quæ ab intest. defer. l. 10. C.  
de naturalib. liber. Nou 89. c. 8. Iacob: de Beluiso, Isern.  
Lofred. Aluar. Præpos. & Afflict. d. § naturales. Ioan: Andree  
& Ant. de Butrio in d. c. latorum 7. Borcholt d. loco n. 48. Curt.  
par. 3. q. 2. n. 41. Clar. q. 82. n. 4. Couarr. de sponsal. par. 2.  
c. 8. n. 27. Felin: in c. in præsentia. ex. de probation. Gail lib.  
2. obs. 141. n. 1. & 2. Mynscent. 5. obs. 42. Tiraq. de jure pri-  
migen. q. 34. n. 34. Ves. cons. 44. n. 40. Pistoris par. 2. q.  
41. n. 1. qui plares refert.

(B.) Abbas d. c. tanta. 6. n. 7. Isern. Lofred. in d. § natu-  
rales, & ibi Præpos n. 4. Dis. Ang. de Perus. cons. 29. Ho-  
trom: cons. 10. vol. 1. Sonsbecc. par. 9. de feud. n. 72. Vult. lib.  
3. c. 9. n. 94.

(C.) Gl. in d. § naturales, in verb. legitimi, in si. & Bel-  
viso, Isern. Aluar. Bald. Præpos. Afflict. ibid. item Afflict.  
in decis. 195. Alex. cons. 2. & 67. vol. 1. Borcholt d. c. 7. n.  
54. Boer. decis. 123. Curt. par. 3. membr. 2. q. 17. n. 39.  
Clarus d. q. 82. n. 1. Dec. cons. 275. Socin. cons. 3. vol. 3. Ruin.  
cons. 33. n. 18. lib. 1. quibus adde multos, adductos ab Hartm.  
Pist. d. q. 40. n. 5.

(D.) L. id quod nostrum II. de R. I. Gl. verb. non egredi-  
eur, & Dd. in l. 1. de constit. princip. l. fin. verb. generali juri.  
C. si contra ius vel utilit. public. Beluiso, Isernia & Afflict. d.  
§ naturales. Dominicus de S. Geminiano. & Ioan: de Immola  
in c. grandi. de supplend. neglig. prælat. in 6. Alex. cons. 25. n.  
6. cons. 94. n. 7. vol. 1. Castren. Aretin. et Socin. in l. Gallus. §  
& quid si tantum, ubi Alex. n. 25. Ias. n. 92. de liber. & po-  
stb. Brunus cons. 15. Zaf. par. 8. n. 74. 75. Sonsbeccius par. 9.  
n. 67. Schurff cons. 2. cent. 1. Molinaeus in consuet. Parisiens.  
tit. 1. § 8 gl. 1. n. 4. & seqq. Gail. lib. 2. obs. 49. n. 7. Pistor.  
d. q. 40. n. 11. & seqq. multis, par. 2. D. Th. Franz. ad. § &  
quia vidimus, tit. primus ordo descendantium. Dis. Parisius  
cons. 1. n. 122. vol. 2. qui putat, legitimationem, etiam agnatis  
non consentientibus, factam, in ipsorum præjudicium, valere.

## XXIX.

Adoptuos liberos regulariter à feudorum suc-  
cessione repellimus. (A) In liberis, corporis vel animi  
uitio

vitio insanabili laborantibus, (B) veluti, furiosis, (C)  
mutis, cæcis, vel aliàs imperfectis, (D) distinguendū  
putamus: an tales nati, vel effecti sint, ante feudum  
adquisitum: an verò postmodum talis calamitas su-  
pervenerit. Priori casu ad successionem nullo mo-  
do adspirant: posteriori removeri nequeunt: nec  
per substitutum servitia præstare prohibentur. (E)

(A) c. I. § adoptivus. si de feud. def. cont. sit, ubi Bl. & Dd.  
Duar. c. II. n. 6. Hanneton lib. 2. de feud. c. 2. Marinus tit. 3.  
n. 52. & seqq. Sonsbec. par. 9. n. 63. Vaudus lib. I. q. 46.  
Zas. par. 8. n. 14. Camer. in c. imperiale, in pr. de prob. feu.  
alien. per Frideric.

(B) c. un. § mutus. Episc. vel Abbat. c. un. & ibi Dd. an  
mutus, vel aliàs imperfect. feud. retin. poss. Th. de Marin. tit.  
2. n. 133. Iacobin. de S. Georg. verb. dictiq. vasalli, n. 50. VVes.  
c. 6. n. 20.

(C) Bald. in c. un. do success. feud. Burcholt. d. c. 7. n. 63.  
Hartm. Pistor. q. 32.

(D) d. § mutus, ubi Bl. Aluar. & Præpos. Landr. lib. I. art.  
4. Ehehurecht/c. 30. argt l. sed est quæsum 6. ubi las. l. si quis  
posthumos. 9. in pr. de liber. & posthum. Bald. & las. in l.  
discretis. C. qui test. fac. poss. Bald. in l. ex fatto. de vulg. &  
pupill. substit: VVes. conf. 6. vol. I. Pistor. par. 2. q. 32. n. 6. Sons-  
beccius par. 12. n. 133. Soarez. in comm. opinion. lit. F. n. 86.  
D. Franz. d. loco.

(E) Baro in d. § mutus. Zas. d. par. 8. n. 68. Schurff conf.  
24. cent. 2. & alij, relati ab Hartm. Pistor. d. q. 32. n. 15.

### XXX.

Pari ratione filius etiam clericus à successione  
feudi repellitur: adeò ut feudum, quod prius habu-  
it, amittat, eò ipso quod votum religionis fecerit:  
nec audiatur, si, postquam feudum jam est devolu-  
tum, habitum religionis deponat, & in feudo succe-  
dere velit: quod tamen aureâ constitutione impe-  
rij & electorali constitutione novimus abrogatum.

c. un. *S* ex hoc. de feudo faminae, c. 1. *S* qui clericus, & ibi Dd.  
si de feud. defuncti content. sit. c. un. ubi Andr. de Ifern. & Cu-  
jat. de milite vasallo, qui arma bell. depos. c: un. in fi. an mutus,  
vel alias imperfectus. c. 1. in. fi. ex. ne cleric. vel monach. c.  
placuit. 2. 3. q. 3. Echenrecht / c. 2. Landr. lib. 1. art. 25. Pistor.  
q. 33. n. 3. Curt. par. 3. membr. 2. n. 18. Cujat. in c. un. *S* na-  
turales. si de feudo defuncti. zas. de feud. par. 5. n. 71. Mozz:  
intit. ex quibus caus: feud; amit; n: II. & seqq: ubi dissentien-  
tes allegat Schurer. in tr. de successione ab intest: tit: 9. vers:  
etiam si, & Forster. lib. 2. de success. ab intest: pag: 104. vers:  
quartus actus. Sed fallit hæc thesis in quibusdam casibus,  
expressis per gl: in d. c. un: verb: non valet: an mutus vel  
alias imperf: Capitium decis: 10. n. II. Cacheran: cons: 37. n:  
3. Hanneton: lib. 2. c. 3. Jacobin. in verb: & quibusdam, n.  
4. Menoch: de arbitr: jud. qq. casu 231. n: 8. Romulum de ho-  
micide, par. 1. n: 40. Schurff. consil. 140. n: 1. Adde auream  
bullam Caroli IV. & constit. elect. par. 3. constit. 28,

### XXXI.

Et hæc de liberis primi gradus, ii loli fint. Ete-  
nim, si ex alio filio defuncto extant nepotes, illi ho-  
die (licet primo feudorum jure, (a) & veteri jure Sa-  
xon. (b) secus erat) in patris locum, jure repræsen-  
tationis, succedunt, ita ut nepotes in stirpes, filij vero  
nepotum, videlicet patrui, in capita admittantur. (c)

- (a) c. vn. *S* cum vero Corradus. de his, qui feu. dar poss.  
(b) Fuchsius diff. jur. civ. & Saxon. 22. Reinhard. diff. 60. per  
artic. 2. Echenrecht / (c) Nou. 118. c. 1. d. *S* cum vero Corradus. c.  
vn. in pr. ibi Ifern. n. 1. Aluar. n. 2. Afflitt. n. 12. de success.  
feud. c. 1. in pr. & ibi Afflitt. n. 17. de success. fratr. vel gra-  
dib. succed. in feud. gl. in verb. solus. c. vn. *S* si quis miles. con-  
stitut. feudal. Dom: Lothar. Imp. Aluar. Præpos. in c. 1. & ibi  
Ifern. n. 14. Afflitt. n. 115. de natur. success. feudi. Angel. in *S*  
cum filius n. 6. argt. illius text. Inst. de heredit. quæ ab intest.  
defer. & in l. si avia. n. 5. C. de success. edicto. Boreholt d. c.  
7. n. 46. Curt. d. membr. 2. n. 12. Marin. de feud. tit. 6. n. 21.  
Schneidcuin. par. 6. n. 42. D. Forster. de success. ab intest. lib. 2.  
cas. 2. cond. 1. pag. 79. & p. 83. cas. 3. concl. 1. Hartm: Pist.  
par. 2.

par. 2. q. 19. n. 94. & q. 23. Elec. constit. 29. par. 36 Tho-  
ming. in decis. 43. n. 18.

### ZÄTHUA. I.

In quem usq; gradum hoc jus repræsentationis extendi-  
tur? Aliqui ad solos nepotes & pronepotes, non vero ulterius,  
si quis feudum adquisiverit simpliciter, sive pro se & fi-  
liis suis & nepotibus, hoc extendunt. (A) Nos vero in de-  
scendente linea in infinitum admittimus.

(A) s. cùm filius 6. vbi Br. Angel. Faber, & Myns. n. 6. Inst.  
de hæred. quæ ab intest. defer. Angel. in s. multis. Inst. de success.  
libertor. Bart. in l. 1. s. sed si quis. ff. de suis & legitimis. Cor-  
neus conf. 24. n. 31. cons. 131. vol. 2. conf. 232. vol 4. Hotom.  
in s. hoc autem. verb. ultra. de his, qui feud. dar. poß. Pari-  
fius conf. 40. n. 29. vol. 2. Forster. de success: ab intest. lib. 2,  
pag. 96.

(B) auth. in successione. C. de suis legitimis. l. vn. vers.  
cujuscunq; sint gradus. C. de his, qui ante apert. tabul. l. jure  
consultus. 10. s. parentes, vers. item liberi, de gradibus & ad-  
finibus. l. liberorum, 220. in pr. de V. S. cùm multis concordan-  
tibus. Borcholt in tr. de gradib. in tit. de success. descend. pag.  
182. Cujat. lib. 2. feud. tit. 11. pag. 149. Gomes. lib. 1. variar. rea-  
sol. c. 1. n. 15. Graßus in s. successio, ab intestato, q. 2. n. 13.  
Schneid. in tit. Inst. de hæred. quæ ab intest. deferunt. de ordine  
descend. n. 17. & de ordine collateral: n. 12. Vult lib. 1. I. R.  
c. 74. VVes. s. 7. n. 3. Inst. de hæredit. que ab intest. defer.

### ZÄTHUA. II.

Filij plurium fratrum mortuorum quomodo  
succedant, ambigitur? Et eos non in stirpes, sed in  
capita succedere verius arbitramur, hoc est, ut tot  
sint portiones feudi, quot sint capita istorum ne-  
potum.

s. hoc etiam addendum: vers: His etenim: Inst. de legitim. a-  
gnator. success. l. 2. s. hac hæreditas 2. de suis & legitim. c. 1.

s. his vero de success. fratr. & gradib. succendent, in feu. Zaf. par.

8. n.

8. n: 18. & cons. 4. VVes. cons. 84. & de feud. c. 6. Myns.  
cent. 3. obs: 94. Vaudus lib. 1. qq. q. 24. Carolus V. in comi-  
tys Spirensibus, anno 29. Pistoris par. 2. q. 23. Borcholt. c. 7.  
par. 2. n. 82. & de gradib. p. 239. etseqq. Harmenopulus lib.  
5. epit. tit. 8. Hetom. lib: qq. illustr. q. 14. D. Th. Franz. ad c.  
vn. s cum verò Corradus. de his, qui feud. dar. poß.

*Et tantum de successione feudali descenden-  
tium masculorum.*

FINIS.



155094

AB 155054

ULB Halle  
004 829 352

3




VD 17



A  
155

# Farbkarte #13



OLLEGII FEVDALIS  
DISPVATATIO VII.  
SVCCESIONE DE-  
NDENTIUM PRIMOGENIO.  
rum, & Secundogenitorum in  
Feudis,  
Quam,  
D. O. M. A.  
PRÆSIDIO AMPLISSI-  
CONSULTISS. VIRI, Dn. THOMÆ FRAN-  
I. C. & feudalis juris in illustri Academiâ  
VVitebergensi Professoris publici,  
tueri conabitur  
PETRUS RITTER,  
Gorl. Lusat.  
VI. Kl. Octobr. hora & loco suetis.  
  
WITEBERGÆ,  
Typis M. Georgij Mulleri,  
Anno M. D. XCVI.